Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37653
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Hugonis à S. Victore Speculum Ecclesiæ de Divinis Officijs. incipit: Quare Septuagesima celebratur: Opus planè diversum abeo quod extat in editione Veneta. Cod. Membr. M. Sæc. XIV. in folio min. F. 132 8.

——— Tractatus de Bono Dominii. incipit: Homo à Deo conditus fuit, ut unum tantum id est summum Bonum amaret: Non invenitur hic tractatus inter Opera Hugonis, neque Cave ejusdem mentionem facit. Cod. ~~Ch~~ Chart. M. Sæc. XV. in folio. 274 A. 19.

S. Hieronymi. Prologus super Danielem Prophetam. incipit: Contra Prophetam Danihelem duodecimum scribit Porphyrius: M. Sæc. XII. Cod. Memb. in folio. extat inter Opera S. ~~Hieronym~~ Hieron: Tom. 5. pag. 481. nec ulla vere deprehenditur Lectio varians. 19 G. 6.

——— Expositio in Danielem Prophetam. incipit: Homo quidam erat Sacerdos nomine Danihel: ibidem in priori Codice. inveniturque pariter typis & vulgata hac Expositio inter Opera Hieron: tom. 5. pag. 481. paucas quasdam easque non magni momenti varientes lectiones invenire est. Observandum tamen 1mo. Expositionem typo mandatam incipere: Anno tertio regni Joakim regis Juda: nimirum illa, quibus in Codice ordinis expositio, inter opera Hieronymi excusa referantur adhuc ad Prologum. Observ. 2do. Hunc Commentariorem S. Hieron. Librum in Codice non ultra Cap. 12. progredi. ——

——— Sequentia de Expositione Michæa Prophetæ de Libro 1mo et 2do in integrum. incipit: Michaas in quem nunc Commentarios dictare cupio: paulo post prius Opus in priori Cod. ~~Pt~~: inter Opera Hieron. typis vulgata. Tom. 6. pag. 107. Prologus Codicis alter expliciit, habetque decem lineas, quæ in edito operi non inveniuntur, una etiam et altera lectione variante. ——

——— Expositionem in priorem Prophetam Libri 2. incipit Liber 1mus: Est erit in novissimo dierum: Liber 2dus: Et tu turris gregis: inter Opera ejusdem: Tom. 6. pag. 107. et pag. 19. ~~Pt~~: hic S. Pater